

1437. 2. p. 12. na. Konun

273.
E codice Diplom Dogelij

1436 31. M. 1.

Litterae Reversales Pauli de Rusdorf Ordinis Teutonici Magistri Generalis. Datum in Castro Marienburgensi die Dominico Letare Anno 1436 Ex Originali Sigill. 45

Nos Frater Paulus de Rusdorf Ordinis Beate Mariae Domus Theutonicorum Ierosolimitanorum Magister Generalis. Significamus tenore presentium quibus cepedit universis. Quod nunquam Nos et Successores Nostri serenissimo Principi et Domino Domino Vladislao Regi aut Regno suo Polonia guerras movebimus aut bella. de. = Additum ex Originali ut infra. Ut in Reversalibus Vladislai Regis.

= sed pacem perpetuam et concordiam inter predictum regem, regnum, et adherentes suos, ab una, nos, ordinem et adherentes nostros ab altera partibus De anno Domini millesimo, quadringentesimo Tricesimo, Sexto in Vigilia Circumcisionis Domini in Civitate Buzzk conceptam et firmatam custodiamus et servabimus inconvulsa in omnibus suis articulis atque punctis, promittentes. Quod si nos, ut Successores nostri stante huiusmodi pace perpetua supradicto Domino Regi aut Regno Polonia vellemus aut conavemur huiusmodi guerras aut bella movere non debent nobis subditi nostri consentire, nec in hoc obedire aut parere, quinimo erunt ab omnibus nostris omniaque juramentis et subiectionibus liberi et soluti Donec in hoc casu nos et successores nostri ad observationem pacis

co
S

eis perpetue revertemur, quos in huiusmodi casu
sua absolvimus ab omnibus Onagris, promissio-
nibus et juramentis nobis factis, ut præ-
fertur ipso facto per presentes In cuius
rei testimonium et fidem firmiore sigil-
li nostri appensione presentes fecimus com-
munis Datum in Castro nostro Marienburg
ipso die Dominica quam Ecclesia Dei terave
Jerusalem decantatur. Anno Nativitatis Domi-
ni Millesimo quadiungentesimo, tricesimo re-
cto?